DE CHORICIO PATROCLI DECLAMATIONIS AUCTORE

DISSERTATIO INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM CONSENSU ET AUCTORITATE AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES IN UNIVERSITATE LITTERARUM VIADRINA VRATISLAVIENSI RITE IMPETRANDOS UNA CUM THESIBUS DIE XIX MENSIS MARTII ANNI MCMX HORA XII ET DIMIDIA IN AULA MUSICA PUBLICE DEFENDET AUCTOR

GEORGIUS PIETSCH
SILESIUS

ADVERSARII ERUNT
H. MARKOWSKI DR. PHIL.
W. WERNER CAND. PHIL.

VRATISLAVIAE
M. & H. MARCUS
MCMX

De dissertatione probanda ad ordinem philosophorum rettulit
Richardus Foerster.

Dissertatio integra propediem prodibit in commentationum quae inscribuntur

Breslauer Philologische Abhandlungen
fasciculo 42.

Examen rigorosum habitum est die X mensis Novembris anni MCMIX.

RICHARDO FOERSTER

sacrum.

Conspectus siglorum.

B	=	Choricii Gazaei orationes declamationes fragmenta cur. Io. Fr. Boissonade, Parisiis 1846
GRev	=	Choric. ed. Graux in Revue de philol. t. I
FRhM 1	=	Choric. ed. Foerster in Rhen. Mus. XXXVII p. 483—484
FRhM 2	=	Choric. ed. Foerster in Rhen. Mus. XLIX p. 481—525
FPh 1	=	Choric. ed. Foerster in Philol. LIV p. 95—114
FPh 2	=	Choric. ed. Foerster in Philol. LX p. 192—194
FI 1	=	Choric. ed. Foerster in indice lectionum in universitate litterarum Vratislaviensi per aestatem anni 1891 habendarum
FI 2	=	Choric. ed. Foerster in indice lectionum in univ. litt. Vrat. per hiemem anni 1891/92 hab.
FI 3	=	Choric. ed. Foerster in indice lectionum in univ. litt. Vrat. per hiemem anni 1892/93 hab.
FH 1	=	Liban. ed. Foerster in Herm. IX p. 29—66 et Herm. XII p. 217—222
FH 2	=	Choric. ed. Foerster in Herm. XVII p. 193—238
FAJ	=	Choric. ed. Foerster in Arch. Jhrb. IX p. 167—190
Patr.	=	*ἡ μελέτη Πατρόκλου* ed. Boiss. p. 239—279
R	=	Libanii sophistae orationes et declamationes ed. Io. Iac. Reiske t. IV
R III	=	Libanii soph. orat. et decl. ed. Reiske t. III
F V	=	Libanii opera rec. Foerster t. V
FMG	=	Libanii et Choricii fragm. ed. Foerster in Mélanges Graux p. 629—641.

In maximo numero scriptorum sub Libanii nomine traditorum permulta esse, quae ab eo composita non sint, hodie certum est. Epistularum quidem et progymnasmatum haud exiguam copiam a Libanio abiudicandam esse Richardus Foerster demonstravit[1]. Inter declamationes quoque nonnullas esse, quae non Libanianae sint, obiter dixerunt Fr. Iacobs[2], A. Gasda[3], Tycho Mommsen[4], sane non semper illi recto iudicio usi. H. de Rohden[5] quoque ex eis, quae de hiatu in singulis declamationibus admisso observavit, complures declamationes Libanii nomen ferentes ab eo non compositas esse studuit ostendere. Cuius argumentationem parum solidam quamquam probare non possum, tamen nonnullas declamationes editionis Morellianae et Reiskianae Libanium auctorem non habere negare nolo. De plurium declamationum authentia dubitationes esse posse[6], nonnullas vero a Libanio abiudicandas[7] R. Foerster recte monuit.

[1] Zur Schriftstellerei d. Liban., Fleckeis. Jhrb. 1876 p. 491 sqq., 638 sqq.; Zambeccari und die Briefe d. Liban., Stuttgart 1876.

[2] Darmstädter Allgem. Schulztg., 1832 II p. 59.

[3] Kritische Bemerk. zu den Deklamationen d. Libanius, progr. gymn. Lubanensis 1874, p. 11, 15, 22.

[4] Beiträge zur Lehre von den griechischen Präpositionen, Berlin 1895 p. 407, 503.

[5] De mundi miraculis, Bonnae 1875, p. 39.

[6] Sunt declamationes Aristophontis et Cephali (cf. FH I p. 66 et Foerster, Lib. VI p. 110), Demosthenis (cf. t. VI p. 290), „de silentio Socratis" (cf. F. V p. 123 n. 1). Hanc declamationem ut Libanianam defendit Hier. Markowski, De Libanio Socratis defensore, Bresl. philol. Abh. fasc. 40 p. 172—178.

[7] Cf. Foersterum, Lib. t. VI p. 240 de Hyperidis declamatione et t. V p. 361 de rhetoris et infanticidae declamationibus.

In declamationibus autem, quarum auctor num sit Libanius maximae dubitationi obnoxium est, imprimis numeranda est Patrocli declamatio, quae in codice Matritensi N-101[1]) inter Choricii opera occurrit. Quaestio utrum auctor eius sit Libanius an Choricius nondum instituta est; solum sententiae a nonnullis viris doctis dictae sunt. Choricio declamationem tribuendam esse opinati sunt Iriartius[2]), Villoisonus[3]), Angelus Maius[4]) codicem illi Matritensem secuti aliter atque Constantinus Lascaris[5]), qui in margine codicis adscripsit: *τοῦ Λιβανίου ἐστι.* In suam Choricii editionem Patroclum recepit Boissonadius hoc quidem adnotans[6]): *„Haec declamatio inter Libanianas locum est sortita, ut videtur quidem non suum“.* Deinde H. de Rohden l. c. p. 41 Choricium pro auctore habendum esse censet maxime adductus ratione, quam auctor in hiatu vitando secutus sit. Libanio declamationem tribuendam esse Seitzius[7]) arbitratus est. R. Foerster sententia de Libanio auctore quam prius[8]) tulit relicta eam Choricio tribuit[9]) nixus testimonio quodam Choricii ab ipso e tenebris protracto, de quo postea (p. 7) nobis disserendum erit, et a Libanii operum editione procul habuit[10]).

Sententiae igitur cum adhuc fluctuent, hac quaestione rem disceptare mihi proposui. Materia autem ita divisa esto, ut prima parte ea, quae ad memoriam librorum et testimoniorum pertinent, examinem, altera tractem argumenta, quae in declamatione ipsa sunt, tertia ostendam, quo modo factum sit, ut declamatio in omnibus libris excepto uno Libanio tribuatur.

---

[1]) De hoc codice vide Foersterum Herm. XVII p. 205 sqq. et ind. lect. Vrat. 1890/91 p. 3 sqq.

[2]) Regiae Bibl. Matr. codd. gr. p. 395.

[3]) Anecd. gr. t. II p. 66 n. 1.

[4]) Spicil. Rom. V p. 28.

[5]) Cf. Foersterum ind. lect. Vrat. 1890/91 p. 5.

[6]) p. 239 n. 1.

[7]) Die Schule von Gaza, Heidelberg 1892, p. 22.

[8]) Herm. XVII p. 207 n. 1.

[9]) Philol. LIV p. 123; Arch. Jhrb. IX p. 163 n. 3.

[10]) Liban. opera t. V p. 361.

Pars prima.

De librorum et testimoniorum memoria.

Si consideramus quae ad memoriam Patrocli declamationis pertinent, primo quidem aspectu non videtur dubium esse quin Libanius pro auctore eius habendus sit. Nam, ut Foerster mecum communicavit, in undesexaginta codicibus haec declamatio inter Libanianas occurrit. Accedit quod quinque scriptores medii aevi, qui nonnullas sententias ex ea laudant, ipsi quoque Libanium auctorem nominant: Macarius Chrysocephalus[1]) tres locos sub Libanii nomine profert, Thomas Magister[2]) unum, Michael Apostoles unum[3]), Andreas Lopadiota[4]), auctor lexici Vindobonensis, quattuor, auctor lexici Darmstadiensis[5]) unum. His tot libris et testimoniis adhuc non opponi poterat nisi unus codex, qui stat pro Choricio, codex bibliothecae nationalis Matritensis N-101, quem XIV saeculo scriptum esse certum est. Sed res mutatur argumento quodam, cuius nondum in hac re diiudicanda ratio habita est.

Nam, ut ex Foerstero comperi, in codice Marciano gr. 23[6]), qui saeculo X scriptus florilegium Ioannis Georgidis continet atque id plenius quam codex ille Parisinus, quo Boissonadius

---

[1]) Villoison, Anecd. Gr. II p. 18 sqq.; Foerster, Lib. I p. 351.

[2]) Ritschl, Thomae Magistri sive Theoduli Monachi ecloga vocum Atticarum, Halle 1832, p. 299, 7.

[3]) Leutsch-Schneidewin, Paroemiographi Graeci t. II p. 372.

[4]) De Andr. Lopadiota lexici Vindobon. auctore vide Foersterum, Lib. I p. 238.

[5]) Foerster, Lib. t. II p. 381; Voltz et Croenert, Zentralbl. f. Bibl. XIV p. 537 sqq.

[6]) Cf. H. Schenkl, Die epiktetischen Fragmente, Sitzb. d. Wiener Akad. t. 115 p. 501.

in Georgidis editione[1]) usus est, octo sententiae e Patrocli declamatione excerptae inveniuntur, quarum auctor Choricius nominatur. Sunt autem hae[2]):

1) *ἰσχὺς καὶ σύνεσις ἑκατέρα μὲν μικρὰ πέφυκε πράττειν, ἄμφω δὲ συνελθοῦσαι μεγάλα* (cf. p. 247, 3—5 ed. Boiss.)

2) *θυμὸς ἀκμάζων ἔρωτος μᾶλλον ἐκμαίνει* (cf. p. 253, 9)

3) *ὁ ἀσεβήσας πολλάκις, τιμωρίαν δὲ μηδαμῶς ὑποσχὼν ἧττον ἂν φυλάξαιτο πλημμελεῖν – δίκης* (cf. p. 254, 5—6)

4) *κινεῖται τὸ θεῖον ἀσεβείας ἀμελουμένης* (cf. p. 254, 7—8)

5) *δύο ἀφορμαὶ κινοῦσιν ἀνθρώπους εἰς θεῶν ἐπιμέλειαν, τιμωρία δυσσεβείας καὶ γνώμης εὐσεβοῦς ἀμοιβαί* (cf. p. 255, 11—13)

6) *ὑπέρογκόν ἐστι καὶ σοβαρὸν ἐπ' ἐλάττοσι μὲν θεραπείαις διαλλαγῆναι θεόν, ἄνδρα δὲ μειζόνων τετυχηκότα τιμῶν μὴ ζηλῶσαι τὰ κρείττονα* (cf. p. 261, 6—8)

7) *ἡ εὐδοξία τῶν ἔργων ἐπὶ τοὺς κρατοῦντας αὐτομολεῖ* (cf. p. 268, 10)

8) *ὁ ἐν καιρῷ τὸ προσηνὲς ἐνδεικνύμενος οὐκ ἐᾷ τὸν θυμὸν ἄλογον εἶναι δοκεῖν· εἰ δὲ φαίνοιτό τις ἀπέραντα χαλεπαίνων, ἔμφυτον ἔχειν ὑπονοεῖται τὸ πάθος* (cf. p. 273, 17).

Novum quidem pro Choricio argumentum his locis florilegii non praeberi debemus concedere, cum codicem, quo Georgides usus est, et codicem Matritensem ad eundem archetypum redire lectionum consensu demonstretur. Sed hoc certo cognovimus X saeculo — infra enim hoc saeculum Georgidis aetas poni non potest — codicem fuisse, in quo Patroclus sub Choricii nomine inveniretur. Quae res propterea maximi momenti est, quod omnes libri ac testimonia, quae pro Libanio stant, multo recentiora sunt; decimi enim quarti vel quinti saeculi sunt. Praeterea, cum codex Matritensis et Georgides plurimis locis meliorem textum quam omnes libri Libaniani praebeant, illum archetypum, e quo illi profecti sunt, meliorem fuisse apertum est quam eum, ad quem illi undesexaginta libri Libaniani redeunt. Sequitur igitur, ut maior auctoritas sit

[1]) Anecd. Gr. I p. 1 sqq. = Migne t. 117, 1157 sqq.

[2]) Hoc locos R. Foerster e Schenkelii apographo mecum benigne communicavit.

penes Georgidis florilegium et codicem Matritensem quam penes tot illos libros Libanianos. Facile enim fieri potuit, ut semel declamatio Patrocli sive errore sive consilio in corpus librorum Libanianorum reciperetur, e quo in reliquos codices et florilegia medii aevi transiret. Cui sententiae favere videtur, quod in nonnullis libris, qui reliquas omnes declamationes Libanii ad fabulam belli Troiani spectantes, Menelaum, Ulixem, Achillem, Orestem, continent, Patroclus deest, velut in Vaticano gr. 82 [1]), in Vaticano gr. 84 [2]), in Marciano gr. 439 [3]). Neque vero huic rei nimiam vim tribuere volo, cum nullus exstet codex, qui universas declamationes Libanii contineat.

Ex argumentis adhuc prolatis nihil certi de Patrocli auctore concludi posse elucet. In hac autem re dubia discrimen fit argumento, quod Foerster in medium protulit [4]). Idem enim codex Matritensis, qui Patroclum Choricio tribuit, inter scripta Choriciana dialexin quandam continet, quae inscribitur: *ἡ διάλεξις πρὸς τὸν μεμψάμενον, ὅτι τοῦ λόγου τὸ μῆκος οὐ σύμμετρόν ἐστι τῇ δυνάμει τοῦ λέγοντος.* Hac dialexi Choricius cuidam, a quo vituperatus erat, quod declamationem pro vi loquentis longiorem fecisset, his verbis respondet: *εἶτα ὅπλων μὲν ἢ ἀνδριάντων ἢ χρημάτων ὁ δημιουργὸς ὁ μὲν τὴν ἀσπίδα, ὁ δὲ τὴν εἰκόνα, καὶ τὴν γραφὴν ὁ ζωγράφος οὐ τοῖς ἰδίοις μετρεῖν ἀνέχονται σώμασιν, ἀλλ᾽ ὅτου ἂν εἴη φιλοτέχνημα, ἐμὲ δὲ ἄρα ἠξίους λόγον Πατρόκλῳ ποιήσαντα κολοβώτερόν πως ὑφᾶναι τὸν λόγον τῶν Πατρόκλου δικαιωμάτων.* Choricius igitur ipse testis est se aliquam Patrocli declamationem composuisse. Sed ostendere opus est declamationem Patrocli verbis dialexeos significatam eam esse, de qua hac quaestione agitur. Quod ita esse maxime inde cognoscitur, quod in codice Matritensi dialexis ipsam declamationem Patrocli antecedit. Alterum autem argumentum continetur verbis dialexeos *τῶν Πατρόκλου δικαιωμάτων*, quibus auctor dialexeos indicat se in declamatione Patroclum ipsum aliquid ut iustum suadentem induxisse. Hoc autem optime quadrat ad nostram declamationem, qua Patroclus

[1]) Cf. Foerster, Lib. I p. 48.
[2]) Cf. Foerster, Lib. I p. 416.
[3]) Cf. Foerster, Lib. V p. 168.
[4]) Philol. LIV p. 123, 15.

ad Achillem verba facit ut iustum suadens, ut ad exercitum Achivorum reversus Graecos ab interitu servet.

Sed ne inveniantur, qui hanc dialexin aeque ac Patrocli declamationem in codice Matritensi iniuria Choricio adscribi et Libanio tribuendam esse dicant, rem accuratius persequamur. Libanium auctorem huius dialexeos statui non posse vel inde intellegitur, quod omnino nullas dialexes ab eo compositas novimus. Sunt quidem quattuor dialexes a Boissonadio in editionem Choricii p. 198—204 receptae, quae in nonnullis libris Libanianis inveniuntur nomine auctoris non adscripto, ut in Ottoboniano gr. 69[1]), in Laurentiano LVII 20[2]), in Athoo Laurae *Ω* 123[3]). Sed has non a Libanio profectas esse, sed a Choricio, apud quem tale genus orationis usitatissimum erat, e tota ratione dicendi pro certo affirmari potest. Ut singula afferam, formae *καταλεῖψαι* (Boiss. 201, 8) et *τὸ λεῖπον* = *τὸ λειπόμενον* (B 203, 19) atque verbum *δρέπεσθαι* = *καρποῦσθαι*, ut a Libanii usu abhorrent, ita Choricii propriae sunt, id quod aliis locis exponetur. Quid, quod harum quattuor dialexium duae (B 198—201) in codice Matritensi Choricio adscribuntur? Genus igitur *διαλέξεως* a Libanio alienum videtur. Quae cum ita sint, neminem dubitaturum esse puto quin ea quoque *διάλεξις*, in qua Patrocli declamatio commemoratur, in codice Matritensi recte Choricio tribuatur.

At si quis huic argumentationi diffidat, etiam gravius documentum reputet. Auctor *διαλέξεως* crimen repellit, quod suam Patrocli declamationem pro vi loquentis longiorem fecerit. Sequitur igitur, ut, si Choricium auctorem *διαλέξεως* et declamationis statuimus, Patroclum inter Choricii declamationes longitudine eminere opus sit. Atque, ut cognoscatur, utrum res se hoc modo habeat necne, longitudinem Patrocli cum declamationibus Choricianis comparemus necesse est. Sed cum versus in omnibus fere declamationibus diversa longitudine sint, quippe quae libris non eiusdem formae editae sint, quot quisque versus litteras contineat, adiungamus. Quo modo, quae

---

[1]) Cf. Foerster, Lib. t. I p. 222.

[2]) Cf. Foerster, Lib. t. I p. 39.

[3]) Cf. Foerster, Lib. t. I p. 324; cf. FI 1 p. 3.

sit differentia longitudinis inter singulas declamationes, satis bene cognosci posse existimo. En habes conspectum:

Titulus declamationis	Locus editionis	Versuum numerus	Litterarum in singulis versibus numerus
Patroclus . . .	B p. 239—279	638	52
Philargyrus . .	FRhM $_{2}$ 503—525	658	48
Praxiteles . .	FAJ 174—190	449	68
Fortis	FPh $_{1}$ 95—114	580	50
Iuvenis fortis .	FRhM $_{2}$ 480—502	564	48
Tyrannicida . .	B p. 49—76	503	52
Miltiades . . .	FI $_{3}$ 1—16	312	75
Priamus . . .	FH $_{2}$ 222—238	501	47
Polydamas . .	FH $_{2}$ 208—222	453	47
Lydi	FI $_{2}$ 10—17	201	75.

Ex hoc conspectu cernitur Patroclum omnes declamationes Choricii longitudine superare excepta una Philargyro, cuius longitudo eadem fere est[1]). Quae cum ita sint, quis neget verba dialexeos optime intellegi, si Choricium eius et Patrocli declamationis auctorem statuimus?

Aliter res se habet, si Libanium hanc dialexin et Patroclum conscripsisse ponimus. Sunt enim septem declamationes Libanianae, quae Patroclum tantopere longitudine superent, ut eam inter Libanianas longitudine eminere negandum sit. Res perspicua erit, si editionem Reiskianam secuti versus Patrocli et illarum septem declamationum numerabimus.

Πάτροκλος	=	772
Σωκράτους ἀπολογία	=	1715
Δημοσθένους ἀπολογία	=	963
Ἀχιλλέως ἀντιλογία	=	888
Τυφλοῦ φιλοπάτορος ἀπολογία	=	856
Ὀδυσσεὺς πρὸς τοὺς Τρῶας	=	853
Κρινομένου φόνου ἀπολογία	=	826
Κατ' Αἰσχίνου πυλαγόρου	=	780

[1]) Hac in quaestione procul habui declamationes infanticidae et

Nullo igitur modo dialexin et Patroclum Libanio tribuere possumus, sed recte in codice Matritensi Choricium auctorem nominari memoria librorum et testimoniorum examinata cognovimus.

Pars altera.

De argumentis e declamatione ipsa sumptis.

Quoniam examinatis omnibus argumentis, quae ad memoriam Patrocli declamationis spectant, ad Choricium deducti sumus, iam altera parte e declamatione ipsa auctorem cognoscere studeamus. Nostrum igitur est Patroclum cum scriptis Libanianis et Choricianis comparare atque omnia proferre, quae ut ab alterius usu abhorrent, ita alterius propria sunt. Qua in re tractanda idoneum esse mihi videtur e scriptis Libanii declamationes solas respicere, cum ex eodem genere scriptorum optime intellegi possit, utrum de eodem auctore agatur necne. Praeterea orationes a Libanio conscriptae a declamationibus magis differunt, quam ut ad nostram rem valeant. In declamationum numero duxi etiam apologiam Socratis et invectivam in Aeschinem a Reiskio in tertio volumine inter orationes editas. Sunt vero duae declamationes in editione Reiskiana inter Libanianas receptae, quas ab hac quaestione procul habebo, cum eas non Libanio, sed Choricio tribuendas esse mihi videatur certum esse. Quae sunt *ῥήτορος λόγος* R 512—539 et *πατρὸς τὴν ἑαυτοῦ παῖδα ἀποσφάξαντος ἀπολογία* R 771—797 [1]).

---

rhetoris, quas Chorlcianas esse statim studebo demonstrare. Quarum illa quamquam compluribus versibus longior est quam Patroclus, tamen summa rei non mutatur. Caput enim est Patroclum inter declamationes Choricii longitudine quadam eminere.

[1]) Has declamationes Choricium, non Libanium auctorem habere paucis exponere mihi liceat.

I. De declamatione infanticidae. Idem codex Matritensis, in quo solo recte Patroclum sub Choricii nomine tradi hac quaestione demonstrabimus, infanticidae quoque declamationem ut Choricianam praebet. Quis igitur non putet codici Matritensi iterum maiorem fidem tribuendam esse? Sed res

Scriptorum quidem Choricianorum omnia, quae a Boissonadio atque Foerstero edita sunt, perscrutatus sum. In Patrocli declamatione praeter textum Boissonadii recensione Foersteri usus sum, quam ille benigne mihi inspiciendam dedit.

Quibus praemissis iam accedamus ad argumenta ipsa.

---

certior fit, si declamationem ipsam consideramus. Inveniuntur enim nonnullae voces atque elocutiones, quas non Libanii, sed Choricii proprias esse in quaestione de Patrocli auctore instituenda ostendemus. Sunt autem hae: R p. 774, 29 *ἀναπλάττειν*; 777, 7 *διατυποῦν*; 781, 1 et 782, 15 *εὐκόλως*; 779, 16 *συνωρίς*; 781, 31 *συσκιάζειν*; 793, 6 *διάπειρα*; 791, 21 *ἐπίσημον καθίστημι*; 795, 6 *εἰς ἔργον προελθεῖν*. Praeterea pro Choricio id quidem grave argumentum est, quod duobus locis post genetivum *δυοῖν* numerus pluralis adhibitus est (cf. p. 779, 31 *δυοῖν ἀνίσων ἀγαθῶν προκειμένων* et p. 782, 18 *δυοῖν ἐμοὶ πεπραγμένων*). Qui usus a Libaniana ratione recedit. Libanius enim per omnes orationes et declamationes duodetriginta locis dualem post *δυοῖν* usurpat, neque exstat locus nisi unus, quo pluralis numerus invenitur: Foerster, Lib. II p. 463, 9 *δυοῖν γὰρ δὴ σωμάτων ἥψατο*. Hoc quoque loco *σωμάτοιν* scribendum esse censeo. Locum p. 727, 28 *δυοῖν κακῶν* omisi; unus enim codex praebet *δυεῖν κακῶν*, id quod nihil miri habet, cum forma *δυεῖν* cum plurali coniungi soleat (cf. H. Schmidt, De duali Graecorum et emoriente et reviviscente. Vratisl. 1893, p. 13 et 23). Sed ad Choricium pluralis numerus post *δυοῖν* adhibitus optime quadrat. Choricius enim semper pluralem post *δυοῖν* posuit excepto uno loco (FI$_3$ 10, 25 *δυοῖν Μιλτιάδαιν*), quo dualis suum habet locum. Iam aliud argumentum spectemus. Pater, qui filiam suam interfecit, eos, apud quos orationem habet, alloquitur *ὦ παρόντες* (cf. p. 772, 26; 774, 7; 797, 6). Quae allocutio repugnat consuetudini Libanii qui in talibus declamationibus his allocutionibus utitur: *ὦ ἄνδρες* (cf. R p. 112, 5; 151, 1; 811, 25 etc.); *ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι* (R p. 266, 1; 280, 1; 335, 1; FH$_1$ p. 29, 13; FMG 634, 2 etc.); *ὦ ἄνδρες Ἕλληνες* (R p. 348, 1; 349, 12 etc.); *ὦ ἄνδρες δικασταί* (R p. 388, 1; 398, 8; 742, 1 etc.); *ὦ ἄνδρες Λακεδαιμόνιοι* (R p. 421, 1 etc.); *ὦ ἄνδρες πολῖται* (R p. 504, 1; 510, 31 etc.); — *ὦ βουλή* (R p. 134, 1; 198, 1 etc.); *ὦ πεντακόσιοι* (R p. 163, 8; 182, 31); *ὦ Ἀθηναῖοι* (R p. 253, 1; 447, 1 etc.); *ὦ δικασταί* (R p. 540, 1; 552, 1); *ὦ πολῖται* (R p. 687, 2; 841, 4). Sin autem scripta Choricii spectamus, eum in omnibus declamationibus, quae in iudicio habentur, allocutionem *ὦ παρόντες* usurpare videmus (cf. FRhM$_2$ 496, 12; 501, 10 — ibid. 507, 3; 509, 3; 523, 2 — FPh$_1$ 107, 30; 112, 7 — FAJ 190, 13 — B 64, 14; 73, 19). Praeterea ad Choricium ducimur, si reputamus, quanto cum studio lex Meyeriana observata sit. Per totam enim declamationem, quae etiam longior est Patroclo, duodecim tantum locis laesa est. Quod Choricianae rationi respondere alio loco ostendemus. Hiatus quoque evitandi studium multo melius ad Choricium quadrat quam ad Libanium. Denique facile declarari potest, quomodo factum sit, ut haec declamatio inter Libanianas veniret.

Caput I.

De argumentis, quae ad rationem dicendi spectant.

§ 1.

De singulis vocabulis.

Qui declamationem Patrocli attento animo legerit, eum non fugiet multa inesse vocabula, quae communi usu recepta non sint. Quaerendum igitur est, utrum haec vocabula sint Libaniana an Choriciana. Videamus singula.

Libanius enim declamationem composuit, quae inscribitur *πατρὸς ἀπολογία* (R 459—478). Cui declamationi idem fere argumentum est atque huic, de qua agitur.

II. De rhetoris declamatione. Primum afferatur testimonium, quo Choricium auctorem huius declamationis indicari mihi videtur certum esse. Exstat dialexis Choricii (cf. B 203 sqq.), quam ad hanc declamationem pertinere Foerster me monuit. Neque dubium esse quin res ita se habeat, ex his cognosces. In declamatione agitur de rhetore, qui oratione hostes, ut obsidione urbis desisterent, permovit. Quam ob rem rhetor donum petit, quod secundum legem ei dandum est, cui victoria debetur. Rhetori miles obloquitur, cum dicit legem ei soli donum praebere, qui armis vicerit. Quodsi haec verba dialexeos p. 204, 13 sqq. spectamus: *Εἰ μὲν γὰρ ὁ στρατιώτης ἡμῖν ὑπόθεσις ἦν (ἴστε δέ, οἶμαι, ὅν φημι στρατιώτην, ἧττον ἂν ἴσως ἁμάρτημα ἦν)* — haec verba uncis inclusa e codice Parisino 3017 suppleta sunt — *τέλους ἄμοιρον εἶναι τὸν λόγον· πολεμικὴ γὰρ φροντὶς ἐν λόγοις πονεῖν οὐ φιλεῖ· ἐπεὶ δὲ ῥήτορα ὑμῖν ὑποκρίνομαι καὶ τοῦτον ὧδε ἔχοντα γλώττης ὥστε αὐτῇ καὶ πόλεμον ἀπωθεῖν ἐπιόντα, πολὺν ἂν εἰκότως ὤφλησα γέλωτα ἡμιτελῆ τὸν λόγον ὑφάνας*, hanc de qua nunc agitur declamationem respectam esse apparet. Quae res certissima fit, si verba dialexeos *καὶ τοῦτον ὧδε ἔχοντα γλώττης ὥστε αὐτῇ καὶ πόλεμον ἀπωθεῖν ἐπιόντα* cum primis verbis declamationis comparamus *Ἥκω τοὺς ἐπιόντας ἐχθροὺς μόνος ὑμῖν ὠθήσας τῇ γλώττῃ*.

Iam vero videamus, num in declamatione ipsa Choricium agnoscamus. Inveniuntur complures voces, locutiones, formae, quae a Libanii usu abhorrent, Choricii autem propriae sunt, velut: p. 514, 3 *ὡραΐζειν*; 514, 3 *διατυποῦν*; 518, 4 *τιθασσεύειν*; 521, 3 *εὐκόλως* (523, 4; 531, 31; 535, 14); 524, 6 *συνωρίς*; 534, 17 *παρόμοιος*; 538, 16 *συγκαταλέγειν*; 525, 10 *ἧπερ* (528, 21; 528, 29); 520, 5 *τραυματίαν ἐργάζεσθαι*; 530, 17 *τῇδε κἀκεῖσε*; 523, 17 *καταλεῖψαι*; 528, 29 *καταλείψαντος*. Praeterea pro Choricio stat allocutio *ὦ παρόντες* p. 520, 11; 524, 11; 539, 15 et lex Meyeriana tanta cum diligentia observata — non inveniuntur nisi octo loci, qui contra legem sunt — et maximum hiatus vitandi studium.

τιθασσεύειν. *[1]

Patr. 248, 4 *ἐμάνθανες . . . . μηδαμῶς ἀγριαίνειν ᾄσμασι καὶ χορδαῖς τιθασσεύειν ἐπισταμένης τῆς μουσικῆς.*

Genuina vis verbi *τιθασσεύειν* haud ita saepe usurpati, quod in prosa oratione primum apud Platonem occurrit, est *domare.* Etiam rarior est significatio verbi, quae hoc loco invenitur *lenire animum.* In Libanii declamationibus verbum *τιθασσεύειν* omnino non exstat, apud Choricium vero ter occurrit, uno loco significatione genuina, duobus eadem qua in Patrocli declamatione praeditum: FRhM $_2$ 515, 21 *πάσχω τι πρὸς ταῦτα παρόμοιον, οἷον πρὸς ἵππους ἢ κύνας οἱ φίλιπποί τε καὶ προσκείμενοι τοῖς κυσί· καὶ γὰρ ἐκεῖνοι τιθασσεύουσί τε καὶ διαλέγονται τούτοις.* B 16, 5 *οὐ σμικρὸν μὲν οὖν ἔργον λύπην ἀκμάζουσαν τιθασσεύειν.* B 96, 5 *οὔκουν ἀνέχεται θεράπων ἢ συνήθης ἢ τῶν οἰκείων τις αὐτὸν τιθασσεύων.*

ὑποκνίζειν.

Patr. 253, 5 *ὁ δὲ τὸν ἐχθρὸν ὑποκνίζων τὴν οἰκείαν φιλεῖ θεραπεύειν ὀργήν.*

Verbum *ὑποκνίζειν* a Libanio in declamationibus nunquam usurpatum grave est argumentum pro Choricio, qui id saepius usurpat eadem significatione, quae in Patroclo invenitur: *incitare aliquem.* FRhM $_2$ 504, 24 *τοσαύταις ὑποκνιζόμενος ἀφορμαῖς οὐ πάνυ ὀργίλος ἔσται τῷ νέῳ.* FRhM $_2$ 523, 13 *ἴσως δέ με καὶ ὑποκνίσαι βουλόμενοι προσέθηκαν τῇ τρυφῇ.* FPh $_1$ 116, 13 *ὑποκνίζομαι οὖν, ὁμολογῶ, καὶ δάκνομαι τῷ ῥήματι.* FPh $_1$ 118, 10 *ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν ὑπέκνισε τὴν θεὸν ἅπαντα ἑαυτοῦ φήσας εἶναι τὰ ἔργα.*

ὑποσκελίζειν.

Patr. 255, 8 *πολλοὶ τιμῶντες τὸ θεῖον . . . πρὸς ἀσέβειαν εὐκόλως ὑποσκελίζονται.*

Hanc vim verbi *ὑποσκελίζειν* insolitam esse Seitzius l. c. p. 22 animadvertit, qui hunc locum grave argumentum esse

---

[1]) Asterisco * significavi ea vocabula et locutiones, quae in nulla declamatione Libanii exstant, inveniuntur autem in rhetoris et infanticidae declamationibus.

contra Choricium affirmat, quod ab usu eius abhorreat. Quam sententiam ille proferre non potuit, si accuratius rem exploravisset. Verbum enim ὑποσκελίζειν, ut in Libanii declamationibus omnino non exstat, ita apud Choricium duobus locis occurrit, altero genuinam vim praebens *crure subiecto aliquem prosternere*, altero eandem, quam in Patrocli declamatione: *incitare aliquem*. GRev 246, 1 *τί δ' εἰ δρομεὺς τὸν ἐναντίον ὑποσκελίσει*; FI 1 14, 5 *ἀτὰρ Εὐμήλῳ μὲν . . . ὑποσκελίζει τοὺς ἵππους ἡ Ἀθηνᾶ.*

Verbum igitur ὑποσκελίζειν ab auctore Patrocli adhibitum non modo Choricio non obloquitur, sed etiam patrocinatur.

εὐκόλως.*

Confer locum modo (p. 13) prolatum (Patr. 255, 8). Vocabulum εὐκόλως a Libanio nullo loco usurpatum aperte indicat Choricium, qui id in deliciis habet.

Velim conferas: FI 1 23, 5; FAJ 179, 14; FAJ 188, 14; FH 2 236, 3; FPh 1 104, 3; B 5, 1; B 46, 20; B 61, 8.

Praeterea eiusdem vocabuli forma adiectiva saepe apud Choricium invenitur: B 34, 6; B 87, 27; FH 2 208, 13; FH 2 218, 18; 224, 6; FRhM 2 502, 5.

παννυχίζειν.

Patr. 258, 12/13 *Οἱ βάρβαροι δὲ παρὰ τὰς ὁλκάδας σκηνώσαντες ἐν ᾄσμασιν ἐπαννύχιζον καὶ αὐλοῖς.*

Hoc verbum apud Libanium omnino non invenitur. A Choricio vero παννυχίζειν usurpatur non genuina significatione *übernachten, die Nacht zubringen*, sed eadem, quae verbo inest in Patrocli declamatione, *Nachtfeier halten*. GRev 222, 20 *παννυχίζει μὲν γὰρ πολλάκις ἡ πόλις, ἀνέῳκται δὲ παρόντων ἀνδρῶν γυναιξὶ καὶ παρθένοις τὸ θέατρον.*

διάπειρα.*

Patr. 262, 4 *κοινὸν ἐνίκησε δόγμα πρεσβείᾳ πρότερον χρήσασθαι καὶ ταύτῃ διάπειραν Ἀλεξάνδρου λαβεῖν.*

Vox *διάπειρα* pro simplici *πεῖρα* posita, etiamsi apud nonnullos alios scriptores exstat, tamen a communi usu recedit. Sed Patrocli auctorem talia vocabula composita in deliciis habere aliis quoque locis videbimus. Quae res eo explicatur,

quod Patrocli auctorem legi quae in clausulis rhythmicis cernitur studere apertum est, id quod postea demonstrabitur. Usum autem compositorum vocabulorum ita declarantes adducemur, ut vocem *διάπειρα* potius a Choricio profectam esse iudicemus quam a Libanio, quorum illum multo maiore studio clausulas rhythmicas adhibuisse quam hunc infra exponemus. Atque nos recte iudicare intellegemus, si usum nominis *διάπειρα* ipsum, qualis sit apud Libanium et apud Choricium spectaverimus. Libanius enim non novit nisi usitatum *πεῖρα*, apud Choricium praeter *πεῖρα* videmus vocem *διάπειρα*: FI 2 p. 10, 24 *τοῦ Κύρου κατανοοῦντες τὴν γνώμην, μήποτε διάπειραν αὐτῶν μηχανᾶται λαμβάνειν.*

σφριγᾶν.

Patr. 262, 13 *εὔελπις ὤν, οἷα πολλὴν ἀγείρας παρασκευὴν καὶ σφριγῶσαν εὐεξίαν σωμάτων, καὶ μεγίστην ἔχων ἐπικουρίαν τὸ δικαίως ἐπιστρατεῦσαι.*

Verbum *σφριγᾶν* a Libanio nunquam adhibitum apud Choricium legitur FPh 1 100, 4 *στρατιώτης δὲ μάλιστα δύναμιν ἔμφυτον ἔχων καὶ σφριγῶσαν γυμνασίοις πολεμικοῖς.*

Qui usum verbi *σφριγᾶν* ipsum nullum argumentum esse pro eodem auctore putat, is hanc quoque consensionem consideret: apud Choricium verbum eadem forma participii adhibitum est atque in Patroclo itemque refertur ad milites, quorum corpora valida et ad bellum gerendum maxime idonea esse scriptor dicere vult.

*συγκαταλέγειν.**

Patr. 265, 13 *μὴ γὰρ οἷον μικρὸν εἶναι συγκαταλέγεσθαι σωτῆρσιν Ἑλλήνων θεοῖς.*

Quod verbum discrepat cum stilo Libanii, qui si auctor declamationis esset, hoc loco scripsisset *εἰς τὸν κατάλογον θεῶν τίθεσθαι* (cf. R p. 816, 7) sive *τάξει θεῶν καταριθμεῖσθαι* (cf. R 818, 31) sive *ἀριθμεῖσθαι μετὰ θεῶν* (R 318, 21; 335, 6) sive *συναριθμεῖσθαι θεοῖς* (R 425, 8) sive *ἀριθμεῖσθαι ἐν θεοῖς* (R 330, 2; F V 51, 5). Sed usum verbi *συγκαταλέγειν* cum dativo coniuncti Choricianum esse ex hoc exemplo cognoscis: FRhM 2 492, 31 *Μόλις τοίνυν τοῦ λοιποῦ με συγκαταλέξει τοῖς τὰ κοινὰ διοικοῦσιν ὁ νόμος.*

ἐνδιαίτημα.

Patr. 266, 7 οὐ ζητήσει τὸ δένδρον ἐκεῖνο τὴν δρῦν, τὸ σύνηθες αὐτῷ τῆς ψυχῆς ἐνδιαίτημα.

Nomine ἐνδιαίτημα, cuius usus perrarus est, apud alios scriptores notatur id quod habitatur. Singularis quidem significatio vocis ἐνδιαίτημα hoc loco eadem est atque nostrum *Stätte*. Quis non agnoscit Choricium, apud quem ἐνδιαίτημα eadem vi invenitur GRev 83, 25 ἀνδρῶν τόδε τὸ φρούριον μυσαρῶν ἐνδιαίτημα γέγονεν; B 42, 2 ταῦτα τὴν ἡμετέραν ἐκείνωσε πόλιν πρὸς τὸ τῆς ἡσυχίας αὐτῆς ἐνδιαίτημα? Vis genuina vocabulo inest loco B 114, 8 πλῆθος βαθμῶν ὑπερβάς, . . . θερινὸν ὁρᾷς ἐνδιαίτημα. Libanio vox ἐνδιαίτημα omnino non in usu fuit.

τὸ Τρωϊκόν.

Patr. 267, 1 σὺ δὲ πλείους ἢ εἴκοσι πόλεις ζημιώσας τὸ Τρωϊκόν . . . Patr. 273, 13 ὅτι τὰ πρῶτα φέρει τοῦ Τρωϊκοῦ στοχασάμενοι.

Mirandum est, quod auctor Patrocli neutrum adiectivi Τρωϊκός cum articulo coniunctum adhibet, ut urbem Troiam vel Troianos ipsos significet. Quod non Libanii rationi dicendi respondet, sed Choricii FH 2 223, 22 τὰς ἐξ ἐκείνου περὶ τὸ Τρωϊκὸν συμφορὰς πανταχοῦ διασπείρομεν.

παρόμοιος.

Patr. 267, 5 παρόμοιόν τι δόξεις ποιεῖν, ὥσπερ ἂν εἰ . . . .

Libanius praeter simplicem vocem ὅμοιος non adhibet nisi προσόμοιος (cf. R 30, 25; 215, 20; 503, 21; R III 432, 8). Nullo loco invenitur παρόμοιος. Choricius autem praeter adiectiva ὅμοιος et προσόμοιος saepius παρόμοιος usurpat, cuius genuina vis est *prope similis*. FRhM 2 502, 4 ἄγαμαί τε αὐτὸ καί τι παρόμοιον εὐξαίμην ἄν μοι προσεῖναι. Velim conferas: FRhM 2 515, 22; FPh 1 97, 25; FPh 1 100, 13; FPh 1 105, 34/35; B 3, 2; B 82, 12.

δρέπεσθαι.

Patr. 271, 5 ὡσπερεὶ ἐκείνου μὲν δρεψομένου[1]) τὸν ἆθλον, Ἰάσονος δὲ . . . τὴν δόξαν.

---

[1]) Sic locum Foerster e libris restituit; Boiss. praebet ἐκείνων μὲν δρεψομένων.

Eandem habet vim translatam *δρέπεσθαι* quam alio loco declamationis *καρποῦσθαι*, *fructum capere ex aliqua re* (cf. Patr. 270, 1 *τοὺς ἡμετέρους ἱδρῶτας καρποῦνται*). Libanio solum in usu est verbum *καρποῦσθαι*. Choricius autem praeter *καρποῦσθαι* etiam verbum *δρέπεσθαι* saepius adhibuit. B 2, 4 *λειμῶνας Ἀττικοὺς ἐδρεψάμην*: B 18, 16 *ὠφέλειαν δρεψόμεθα*: B 81, 4 *ἐκ ποιητικῆς ἐδρέψω τὰ κάλλιστα*: B 109, 3 *ἐδρεψάμην κἀγὼ τῶν τοῦδε λειμώνων, ὅσα χωρεῖν ἠδυνάμην*; FI 1 14, 17 *λόγους ἀεὶ δρεπομένου*. Sed occasione data Seitzii l. c. p. 22 sententiam refellam, qui locum, quem supra commemoravi, *τοὺς ἡμετέρους ἱδρῶτας καρποῦνται* (Patr. 270, 1) contra Choricium affert, quod a stilo eius abhorreat. Nescio, quibus causis ille, ut ita iudicaret, permotus sit. Nam ut pluralis *ἱδρῶτες* adhibitus pro labore in aliqua re impenso cum Choriciano usu optime concordat (cf. FI 3 9, 24 *τίνες αἱ τῶν ἱδρώτων ἀμοιβαί*; GRev. 213, 14), ita verbi *καρποῦσθαι* vis translata apud hunc usitatissima est (FH 2 217, 11; ib. 219, 32; B 47, 13; B 72, 2 etc.).

κατατολμᾶν.

Patr. 271, 8 *τοὺς τῶν μεγάλων κατατολμῶντας ἀγώνων ᾤοντο χρῆναι τοῦτο πεπεῖσθαι.*

Apud Libanium nunquam occurrit *κατατολμᾶν τινος*, sed semper invenitur simplex *τολμᾶν τι*. Choricio autem *κατατολμᾶν τινος* tribuendum esse intellegitur e FRhM 2 513, 20 *οὕτω πελάγους κατατολμῶμεν.*

συνωρίς.

Patr. 272, 10 *θρυλλήσουσιν ἅπαντες μιᾶς εἶναι συνωρίδος φιλτάτης τὴν ἅλωσιν.*

Hoc vocabulum, quod nunquam in Libanii declamationibus inveni, Choricius in deliciis habet. Octo enim locis voce *συνωρίς* utitur, ut par hominum significet: FI 1 p. 22, 26 *πρόσεστιν αὐτῇ ξυνωρὶς μητρὸς ἀδελφῶν*. Praeterea hos locos inspicias: B 16, 12; B 40, 12; B 98, 12; B 116, 2; GRev 64, 8; ib. 224, 16; FI 1 23, 7.

διατυποῦν.*

Patr. 273/74 *κἂν ὑπογράφῃ σοι τὸν ἀλαζόνα, τὸν ὑβριστὴν Ἀγαμέμνονα, σὺ τὸν ἠτυχηκότα, τὸν ἱκέτην σαυτῷ διατύπωσον.*

Hoc igitur loco verbum *διατυποῦν* cum pronomine reflexivo coniunctum adhibitum est, ut exprimatur *animo sibi fingere*. Libanius in his verbis certe non agnoscitur. Is enim verbum *διατυποῦν* omnino non novit, sed idem significat verbo *τυποῦσθαι* usus, velut loco R p. 812, 13 *τὴν μορφὴν ἐντυπώσαιο*. Choricium vero illo loco Patrocli declamationis indicari optime e verbis cernitur B 119, 12 *ἱέμενος ἑαυτῷ διατυπώσει τῷ λογισμῷ μέγα τι καὶ λαμπρόν* ... Praeterea Choricius verbo composito *διατυποῦν* his locis utitur: FAJ 178, 12 *εἰ καὶ τὴν Ἀφροδίτην αὐτὴν διατυπώσας ἐτύγχανε*; FAJ 181, 11 *μὴ κρεῖττον διατυπώσεις τὸ κάλλος*; FAJ 185, 2 *ἔσπευδε τὴν εἰωθυῖαν τῇ δαίμονι διατυπῶσαι μορφήν*.

*ἀναπλάττειν.**

Patr. 276, 14 *ἐγὼ δὲ καὶ τοὺς οἴκοι λίαν ὀδύρομαι λογιζόμενος, τί ποτε ἄρα τὰ νῦν ἑαυτοῖς ἀναπλάττουσιν* [1]).

Libanius, cum vult dicere *fingere* vel *sibi fingere*, semper verbo simplici *πλάττειν* vel *πλάττεσθαι* utitur. Cf. R p. 21, 9; 141, 14; 177, 7; 495, 29; 578, 15; 682, 30; 671, 2; 711, 1; 826, 6; 846, 32; FH 1 58, 9; ib. 64, 8. Choricio autem, quem verba composita simplicibus praeferre iam exposui, in usu est *ἀναπλάττειν*. FI 1 14, 20 *βούλεσθε οὖν ἑαυτοῖς ἀναπλάσομεν*. Ex hoc loco apparet in Patrocli declamatione non scribendum esse cum Boissonadio *ἐν ἑαυτοῖς*, sed cum Foerstero *ἑαυτοῖς*. Quae lectio alio quoque loco Choriciano confirmatur, quo *ἀναπλάττειν* cum dativo coniungitur: FAJ 187, 1 *ἀπὸ τῶν εἰκόνων ἕκαστον ἀναπλάττομεν τῇ διανοίᾳ*. Verbum *ἀναπλάττειν* absolute positum usurpatur: FH 2 221, 21; FPh 1 100, 23; GRev 240, 9; FRhM 2 513, 6; B 31, 5; B 102, 1.

*ὡραΐζειν.**

Patr. 278, 16 *Εἶτα τὴν οὕτω ποθοῦσαν οὐ βούλει κομψευομένην ὁρᾶν, οἷον ἔλαχεν ἐραστήν; οὐ Νεοπτόλεμον τὸ παιδίον πρὸς τοὺς ἡλικιώτας ὡραϊζόμενον πατρικαῖς ἀριστείαις.*

Verbum *ὡραΐζειν* unum e gravissimis pro Choricio argumentis esse ex his cognoscas. Apud veteres scriptores Atticos hoc vocabulum raro occurrit, apud scriptores recentioris aetatis

[1]) Foerster scripsit *ἑαυτοῖς*, codices habent *ἐν ἑαυτοῖς*.

frequens est significatione *schmücken* vel *sich schmücken*. Sed hoc, de quo agitur, loco verbum a communi usu recedit significans *sich rühmen einer Sache*. Libanio verbum ὡραΐζειν omnino in usu non est. A Choricio vero ita usurpatur, ut non modo vis genuina *schmücken* vel *sich schmücken* inveniatur, sed etiam eadem vis singularis, quae in Patroclo observatur, *rühmen* vel *sich rühmen*.

Vis ornandi verbo inest octo locis: FRhM $_{2}$ 520, 21 τῆς ἔνδον εὐπρεπείας ὡραϊζούσης αὐτῇ τὴν ἔξω μορφήν. — B 85, 22 ψηφῖδος . . . . ὡραϊζούσης τὴν γῆν. — B 88, 19 χρυσὸς δὲ περιανθεῖ, τὰς ἀψῖδας τὰς μὲν αὐτὸς ὡραΐζων. — B 115, 24 διάφορος ὡραΐζει κοιλότης τὸν τοῖχον. — FI $_{1}$ 14, 8 ὥστε οὖν, εἰ δοκεῖ, βραχέα ἄττα λοιπὸν ὡραΐσασθαι. — FPh $_{1}$ 115, 10 ὅλως ἄχρηστος φαινοίμην, εἰ αὐτὸς μὲν ὡραϊζοίμην ταῖς τῶν ῥόδων βολαῖς. — B 85, 1 Αἱ μὲν οὖν τοῦ στέγους πλευραὶ κατὰ μέσον ἑκάστη κυλίνδρων ὡραΐζονται τμήμασιν. — B 117, 20 τοῖς λοιποῖς ὡραΐζονται σχήμασιν.

Vis efferendi vel gloriandi quattuor locis occurrit: B 39, 12 εἰ τῶν παίδων ἐγκώμιον ἔγραφον, ἔδει κατὰ νόμον ῥητορικὸν ἐκ τῶν γονέων αὐτοὺς ὡραΐσαι. — B 77, 4 φέρε πρὸς τὰ ἐμὰ καὶ αὐτὸς ὡραΐσομαι παιδικά. — FI $_{3}$ 4, 24 ἀλλὰ διπλῆς ἐμοὶ κινδυνευομένης αἰδοῦς, τῆς μέν, εἰ τοῖς ὑπὲρ ὑμῶν πόνοις ὡραϊσαίμην, ἀπειρόκαλον γάρ, τῆς δέ, προδότης ὑμῖν εἰ φανείην, γέμει γὰρ ἀδοξίας, ἑλοίμην ἂν μᾶλλον τὴν ἐκ δικαίων ἐπαίνων ἢ τὴν ἐξ ἀδίκου κατηγορίας αἰσχύνην. — FPh $_{1}$ 104, 34 πολλοὶ τῷ μὴ τυχεῖν ἀμοιβῆς ὡραΐζονται μᾶλλον ἢ ὅσον ἄλλοι τυχόντες ἀβρύνονται.

Quibus expositis quis neget illo loco, quem e Patrocli declamatione protuli, Choricium agnoscendum esse?

Sed ne qua argumenta omittantur, non dubito nonnulla vocabula afferre, quae quamquam a Libanio rarissime usurpantur, tamen mihi videntur Choricium indicare, apud quem usitatiora sunt.

ἤπερ.*

Patr. 245, 1 Τὸν μὲν γὰρ ἐκ τῆς ἡμετέρας ὀργῆς ἄχρι τῆς αὐτῶν πρεσβείας καιρὸν ἀδεέστερον ἐπολέμουν ἤπερ τὸν ἀφ᾽ οὗ διήμαρτον. — Patr. 258, 9 δυσμενέστερος ὤφθη Βρισηΐδα διδοὺς

ἤπερ ἀποστερῶν[1]). — Patr. 276, 16 *κουφότερον γὰρ ἐν πολέμῳ παρόντας τὰ συμβαίνοντα θεωρεῖν ἤπερ ἀπόντας ποικίλοις περιστρέφεσθαι λογισμοῖς.* — Patr. 277, 19 *ἄμεινον, οἶμαι, εἴη τοὺς οἰκείους τε σώζειν .... ἤπερ τοὺς μὲν φθειρομένους περιορᾶν.*

Vocem *ἤπερ* pro *ἤ* post comparativum adhibitam e studio hiatus vitandi ortam esse a nullo negabitur. Apertum igitur est Patrocli declamationem, in qua *ἤπερ* quater invenitur, a scriptore profectam esse, qui hiatus vitandi valde studiosus erat. Quod non tam ad Libanium quam ad Choricium quadrare postea ostendetur. Sed ad Choricium iterum deducimur, si usum vocis *ἤπερ* ipsum, qualis sit apud Libanium et apud Choricium, exploraverimus. In Libanii declamationibus *ἤπερ* non invenitur nisi quattuor locis: R p. 596, 25 *μᾶλλον ἤπερ ἐκείνοις*; p. 603, 5 *ἤπερ εἰ*; p. 608, 8 *ἤπερ τῆς πόλεως*; p. 799, 21 *ἤπερ ἐφέλκεται.*

Quae cum ita sint, usus vocis *ἤπερ* in Patroclo observatus pro Libaniano haberi non potest. Vix enim credendum est eundem auctorem, qui hanc formam in quinquaginta declamationibus non adhibuit nisi quattuor locis, eandem in una toties usurpavisse.

Sed si contra consideraverimus, qui sit usus vocis *ἤπερ* apud Choricium, rem optime se habere non negabimus hunc auctorem Patrocli ponentibus. In Chorici anis enim scriptis forma *ἤπερ* usitatissima invenitur duodevicies: FI $_3$ 9/10 *ἤπερ ἐδίδου*; B 5, 13 *ἤπερ ἐκεῖνον*; B 17, 14/15 *ἤπερ ἐγκρατῶς*; B 71, 21 *ἤπερ ἐκ*; FRhM $_2$ 524, 21 *ἤπερ ἐκ*; FAJ 179, 18 *ἤπερ εἶδος*; FPh $_1$ 114, 24 *ἤπερ εὐφρᾶναι*; B 19, 7 *ἤπερ ἀδελφοῦ*; FH $_2$ 236, 18 *ἤπερ ἄνδρα*; FPh $_1$ 10, 20/21 *ἤπερ αὐτοῖς*; FAJ 181, 12 *ἤπερ ὅσον*; GRev 72, 10 *ἤπερ ὄν*; GRev 226, 22 *ἤπερ ὅλος*; B 95, 8 *ἤπερ ὅσῳ*; FAJ 179, 20 *ἤπερ οὐδεμιᾶς*; FRhM $_2$ 513, 21 *ἤπερ τῷ δέει*; B 100, 5 *ἤπερ θυμοειδής*; FAJ 177, 5 *ἤπερ τῶν ὠδίνων.*

ὑπόλοιπος.

Hoc vocabulum in Patroclo ter invenitur.

---

[1]) Foerster e libris reposuit *ἤπερ*: Boiss. praebet *ἤ*.

Patr. 251, 5 *θρηνῶν μὲν τοὺς ἐῤῥιμμένους, δεδιὼς δὲ καὶ τρέμων ὑπὲρ τῶν ὑπολοίπων.* — Patr. 252, 3 *τῶν ὑπολοίπων* (sc. *πόλεων*) *ἴδιον ἑκάστη κέκτηται πλεονέκτημα.* — Patr. 264, 11 *τὴν Νέστορος εὐβουλίαν ἐν ἀμελείᾳ ποιεῖται καὶ τῶν ὑπολοίπων τὸ πλῆθος ἀφόβως ὁρᾷ.*

Primo loco *ὑπόλοιπος* vim genuinam in se gerit *übrig geblieben, noch am Leben geblieben.* Duobus reliquis locis positum pro simplici *λοιπός* nihil aliud significat nisi *ceteri* vel *reliqui.* Neque hic usus vocabuli compositi *ὑπόλοιπος* cum Libanii consuetudine concordat. Is enim hanc vocem non adhibet nisi tribus locis: R p. 252, 24 *ἆρ' ἔστι τι ὑπόλοιπον ἄξιον εἰρῆσθαι*; R p. 354, 13 *καὶ ἦν ὑπόλοιπον οὐδὲν ἄλλο ἢ οἱ τῶν τροφῶν δεόμενοι*; R p. 364, 30 *πλανώμενοι μετὰ τῶν ὑπολοίπων παίδων.*

Ex his exemplis elucet *ὑπόλοιπος* non exstare in Libanii declamationibus nisi semel in locutione *ὑπόλοιπόν ἐστιν* = *reliquum est* et bis vim genuinam praebens = *superstes.* Sed Libanius, cum vult exprimere *ceteri*, nunquam composito *ὑπόλοιπος*, sed simplici *λοιπός* utitur.

Iam videamus, qualis usus vocis *ὑπόλοιπος* sit apud Choricium. Hic novem locis eo vocabulo utitur: B 125, 5 *Ὑπόλοιπόν ἐστί μοι . . . . τὸν ἱερέα παραβαλεῖν.* — FAJ 174, 12 *ἦν ὑπόλοιπον εἰσιέναι.* — B 28, 22 *ἥψατο δὲ τῶν ὑπολοίπων χωρίων.* — FRhM 2 522, 30 *βραχεῖαν δὲ προῖκα καὶ φαύλην ἀκηκοὼς ἄπεισι περὶ τῶν ὑπολοίπων οὐδὲν ἀξιώσας πυθέσθαι.* — FI 1 p. 21, 5 *ἀπόρως ἂν ἕκαστος ἔχων ἠξίου τὸν ἐρωτῶντα τῶν ὑπολοίπων πυνθάνεσθαι.* — FH 2 226, 16 *ὥστε μηδὲ τὸν μίαν πολέμου παραλαμβάνοντα τέχνην τὰς ὑπολοίπους ἐπιστήμας οἴκοθεν ἔχειν.* — FRhM 2 520, 22 *τὴν γοῦν ὑπόλοιπον φυλάττετε τάξιν.* — B 70, 1 *παρεσκεύαστο πρὸς τὸ τῆς δυναστείας ὑπόλοιπον.* — FI 3 p. 9, 26 *τὸν ὑπόλοιπον βίον ἐξέδωκεν.*

Ex his exemplis cognoscitur vocem compositam *ὑπόλοιπος* apud Choricium non modo usitatiorem esse quam apud Libanium, sed etiam plerumque adhiberi pro simplici *λοιπός*, ut exprimatur *reliquus* vel *ceteri.* Choricianae igitur consuetudini illi tres loci Patrocli respondent.

συσκιάζειν.*

Patr. 256, 5 ἐκαρτέρει δὲ προσχήματος ἀπορῶν τὸν πόθον αὐτῷ συσκιάζοντος.

Libanius hoc verbo non utitur nisi uno loco: R 720, 12 καὶ τοῖς δευτέροις τὰ πρότερα συσκιάζεται. Aliis autem locis eadem significatione usurpat verbum κλέπτειν: R p. 5, 13 κλέπτων ψευδολογίᾳ τὴν πονηρίαν; R 10, 18 κλέψας δὲ τὴν ἐπιβουλὴν etc. Apud Choricium vero composita verbi σκιάζειν, et ἐπισκιάζειν et praecipue συσκιάζειν, usitatiora sunt.

ἐπισκιάζειν bis occurrit: FRhM 2 502, 25 δίδωσιν ἐπισκιάζειν ἡ τέχνη; GRev 238, 18 πειρωμένους ἐπισκιάζειν ἃ πρόσθεν ἀνέδην ἐτόλμων.

συσκιάζειν quater invenitur: B 53, 8 τῷ προσώπῳ συσκιάσας τὴν γνώμην; FPh 1 99, 1 τὸ σόφισμα συσκιάζων ἀπατᾷ; FAJ 176, 10 δέος εἰσήει μοι καὶ φροντίς, μὴ τοῦ χρησμοῦ τὴν διάνοιαν συσκιάσῃ; B 112, 2 συσκιάσας αὐτῶν τὴν ἀμέλειαν.

§ 2.

De singulis formis.

Quoniam de vocabulis ipsis satis egimus, iam accedamus ad singulas formas, quae ab usu Libanii abhorreant, Choricii vero propriae sint.

a) De aoristo verborum καταλείπω et παραλείπω.

Patr. 266, 10 οὐδένα . . . ἀτελῆ καταλεῖψαι τὸν πόλεμον ἀξιῶ. — Patr. 277, 15 ἆρ' οὖν ἐπάνιμεν ἐκείνῳ τὸ γύναιον καταλείψαντες. — Patr. 250, 13 κἂν εὕρῃς ἐκεῖνον ἢ μήπω κολαζόμενον ἢ τὴν αὐτὴν κεκτημένην προαίρεσιν ἢ παραλείψαντά τι τῆς προσηκούσης ἀπολογίας. — Patr. 250/51 οὐδὲ ὅσον δραπέτας ἐκπλεῦσαι τοῖς Ἕλλησι καταλιπόντες. — Patr. 267, 4 τὴν Τροίαν αὐτὴν ὡς ἔχει καταλιπών.

Ex eis quos protuli locis cernitur auctorem Patrocli in infinitivo atque participio aoristi verborum καταλείπω et παραλείπω et formas solitas et insolitas, quasi esset aoristus ἔλειψα, adhibere. Formae autem insolitae ad auctorem Patrocli pernoscendum maxima sunt gravitate. Nam apud Libanium

nullo loco inveniuntur neque in declamationibus neque in orationibus. Quae cum ita sint, nullo modo pro Libaniana haberi potest declamatio Patrocli, in qua formae ab aoristo ἔλειψα derivatae tribus locis occurrunt. Sin autem scripta Choricii perlustramus, videmus usum aoristi verborum καταλείπω et παραλείπω, quem in Patroclo observavimus, ad eum optime quadrare. Hic enim praeter formas solitas, quae crebriores sunt (cf. B 66, 15; FRhM 2 524, 3; ib. 490, 16; B 23, 2; ib. 92, 15; FI 3 13, 3; B 85, 15; GRev 231, 1; ib. 244, 4; FPh 1 99, 31; B 90, 20), formas aoristi prioris saepius adhibet:

B 3, 3 ἔτι παιδίον αὐτὸν καταλείψαντος τοῦ πατρός. — B 37, 9 παίδων καταλείψασα παῖδας, ὥραν ἦγε θανάτου. — FRhM 2 505, 24 μέτρια μοι τοῦ πατρὸς καταλείψαντος. — GRev 241, 12 δέδοικας, μὴ καταλείψασα τὸν ἱστὸν ... παρακολουθήσῃ τῷ ᾄδοντι. — FI 2 13 φέρε δὴ καὶ ἡμεῖς ὁμηρικῶς τῶν Μουσῶν δεηθῶμεν τὸν Ὄλυμπον καταλεῖψαι ... — B 201, 1 ἡ διάλεξις εἰς τὸ μὴ δεῖν ἀτελῆ καταλεῖψαι τὸν λόγον. — FH 2 237, 28 ἵνα μηδὲ σπέρμα ἡμῖν Ἕκτορος καταλείψῃ. — GRev 232, 22 κἂν ἐγὼ παραλείψω, λογίζεσθε.

Inveniuntur igitur formae insolitae apud Choricium praecipue in infinitivo et participio, id quod cum formis in Patroclo observatis optime congruit.

b) τὸ λεῖπον.

Patr. 248, 6 ὁρῶν γάρ σου θυμοῦ περιουσίαν πολλήν, ὡς μὴ τοὺς πολεμίους ἀρκέσειν ὅλην εἰς αὐτοὺς δαπανῆσαι, ἡγήσαιο δεῖν ἁρμονίᾳ κρουμάτων ἀναλῶσαι τὸ λεῖπον.

Unusquisque eo offendere debet, quod activum verbi λείπειν usurpatum est, quamquam significatio est passiva. Neque enim aliter vertere possumus nisi *quantum relinquitur irae.* Libanius, cum verbo λείπειν utitur, ut significet *das Übrige, den Rest,* nunquam participium activi, sed semper communem usum secutus formam passivam τὸ λειπόμενον usurpat.

R p. 8, 10 ὡς οὐκ ἀδίκως ἐτολμήθη διδάσκειν δῆλον δήπου τὸ λειπόμενον. — R p. 614, 13 τῆς ὁδοῦ καὶ τὸ λειπόμενον. — R p. 686, 27 δάκνει σε καὶ τὸ λειπόμενον. — R p. 769, 5 τὸ λειπόμενον τοῦ σώματος. — R p. 769, 9 προσθήσω τὸ λειπόμενον.

Neutrum participii activi apud Libanium uno loco invenitur, sed significatione intransitiva cum communi usu consentiente *das Fehlende*: R p. 546, 5 *τὸ δὲ λεῖπον τῇ κοινῇ τῆς πόλεως εὐδαιμονίᾳ ζητῶν.*

In illo autem miro usu participii *τὸ λεῖπον* Choricius agnoscendus esse ex his locis videtur:

FRhM $_2$ 503, 3 *τότε δὴ εὐπετῶς ἀποδίδωσι τῆς πορείας τὸ λεῖπον.* — FAJ 174, 23 *καί μοι ἐνέδωκε τοῦ λόγου τὸ λεῖπον εἰς ὑμᾶς ἀγαγεῖν.* — GRev 78, 6 *ἀπολήψεταί μοι τὸ λεῖπον ἡ πρὸς τὴν ὡραίαν γινομένη σκηνή.* — B 203, 18 *ἡ διάλεξις πεποίηται μὲν πρὸς τὸ δεῖν ἀποδοῦναι τῆς μελέτης τὸ λεῖπον.*

§ 3.

De coniunctionibus verborum.

Iam transeamus ad coniunctiones quasdam verborum tractandas, quas ut ab usu Libanii recedant, ita ad Choricium optime quadrare demonstremus. Atque primum in medium proferantur nonnullae structurae mirabiles.

a) De structuris

α) ζημιοῦν τινά τι.

Quis non offendit hunc locum in Patroclo legens:

Patr. 267, 1 *σὺ δὲ πλείους ἢ εἴκοσι πόλεις ζημιώσας τὸ Τρωϊκόν, δώδεκα μὲν ναυμαχῶν, πεζεύων δὲ ἕνδεκα.*

Hanc structuram auctor Patrocli adhibuit, ut exprimeret *jem. bestrafen in bezug auf etwas, jem. in einer Sache benachteiligen, jem. um etwas bringen.* Libanius, ut idem exprimeret, *ζημιοῦν* nunquam cum accusativo rei, sed semper cum praepositionibus *περί, εἰς, ἐν* coniunxit: R p. 142, 20 *καὶ περὶ τὸ βέλτιστον ἐζημίωμαι.* — R p. 208, 6 *κἂν περὶ ταῦτα ζημιωθῶσιν.* — R III 407, 23 *περὶ δόξαν ζημιοῦσθαι.* — R p. 211, 24 *ἐν κέρδεσιν ἐζημίωμαι.* — R p. 703, 4 *ἐν οἷς ζημιοῦσι.* — R p. 498, 13 *εἰς τὰ μέγιστα ζημιοῦσιν.* — R p. 710, 5 *εἰς τὴν φωνὴν ἐζημιώθης.* — R p. 717, 16 *εἰς γλῶτταν δὲ ζημιούμενος.* Choricii autem structuram *ζημιοῦν τινά τι* propriam esse his exemplis demonstratur:

FRhM 2 520, 11 *τί οὖν ζημιοῦμαι τὴν ἐρωμένην ....* — B 50, 6 *Τίς ἂν ἐγκαλέσειε τούτῳ τοῖς αὐτοῖς ἐγχειρήμασιν ἀντιλογίαν ἀπωθουμένῳ πειρωμένην αὐτὸν τὴν προσήκουσαν ἀμοιβὴν ζημιῶσαι ....* — B 85, 16 *οἰήσῃ τὸ κάλλιστον ζημιοῦσθαι.* Quibus expositis hanc structuram verbi *ζημιοῦν* gravissimum pro Choricio argumentum esse elucet.

Sequantur nunc

β) tres structurae enuntiatorum,

quibus Choricium auctorem Patrocli indicari maxime perspicuum est.

Patr. 252/53 *Τίθει τοίνυν τῆς ἀφαιρέσεως ἣν ἐθέλεις αἰτίαν, εἴτε τὴν πρὸς σὲ γενομένην διαφορὰν εἴτε τινὰ πρὸς τὸ γύναιον ἔρωτα.*	FPh 1 109, 8 *Τίθει τοίνυν, φησίν, οἷον εἶναι βούλει τὸ χρῆμα, εἴτε πρὸς εὔκλειαν τεῖνον εἴτε πρὸς ἀδοξίαν.*
Patr. 249, 8 *Εἰ μὲν τῶν Ἑλλήνων τις ἕτερος τὸν κρατοῦντα προπηλακίσας ἐτύγχανε, τίς δ' ἂν ἐπὶ τοσαύτην ἀνέβη θράσους ὑπερβολήν, πλὴν εἴ τις ἐτύγχανε προαχθείς, ἐδεῖτο ἂν ἡ παρρησία σωφρονισμοῦ, καὶ δικαίως ἂν ἀφῄρητο*[1] *τοῦ γέρως. Νῦν δὲ τὴν τιμωρίαν ἔγκλημα τῷ δεδρακότι πεποίηκεν.*	B 63, 17 *εἰ μὲν οὐκ ἠγάπητο τῷ παιδί, τίς δὲ παῖς οὐ πεφίληται τῷ πατρί, πλὴν εἴ τις τοῦτο βιάσαιτο, ἴσως ἂν ὀλίγον ἔμελεν ἐκείνου τοῖς ὑπηκόοις. Νῦν δὲ πῶς ἐπεχείρουν ἐν ἀμελείᾳ ποιεῖσθαι;*
Patr. 273, 4 *Μὴ τοσοῦτον ἰδίων γένοιο πράξεων ἐνδεὴς ὡς ἀλλότρια συλᾶν κατορθώματα.*	FI 2 13, 3 *μὴ σύ γε, μὴ γὰρ οὕτω Κῦρος ὁ Καμβύσου γένοιτο συμμαχίας ἐνδεὴς ὡς πολέμους πιστεύειν τοῖς εἰς τοῦτο χοροῦ τεταγμένοις.*

Perversum esset has similitudines structurarum imitatione ortas esse opinari. Neque enim de imitatione potest cogitari,

[1] *ἀφῄρητο* Foerster e libris reposuit; Boiss. habet *ἀφῄρειτο*.

cum sententiae, quae his singulis locis apud auctorem Patrocli et apud Choricium inveniuntur, nihil habeant similitudinis.

b) De locutionibus.

Iam vero in medium proferamus nonnullas locutiones miras, quas Chorician as esse, non Libanianas certo demonstrari potest.

τυφλωττούσης τῆς διανοίας.

Patr. 248, 8 *οὔτε τὴν ἰδίαν ὁ νοσῶν ὀξέως ὁρᾷ θεραπείαν τυφλωττούσης αὐτῷ τῆς διανοίας.*

Libanius verbum intransitivum *τυφλώττειν*, quod demum scriptoribus posterioris aetatis in usu est, nunquam adhibet, sed semper verbo transitivo *τυφλοῦν* utitur. Atque hoc loco dixisset *τυφλωθεὶς τὴν διάνοιαν*, ut cognoscitur loco F V p. 120, 4 *Τίνων οὐκ αὐχμῶν βλαβερώτερον καὶ τετυφλῶσθαι τὴν διάνοιαν.* Choricio vero locutionem *ἡ διάνοιά τινι τυφλώττει* tribuendam esse ex hoc loco, qui cum verbis e Patroclo prolatis mirum in modum consentit, apparet: FRhM 2 504, 16 *οὐδὲ λίαν αὐτὴν ὁρῶν ἀπρεπῆ τυφλωττούσης αὐτῷ τῆς διανοίας ἔρωτι τῆς προικός.*

ὅλον τὸν θυμὸν δαπανᾶν.

Patr. 248, 6 *ὁρῶν γάρ σου θυμοῦ περιουσίαν πολλὴν ὡς μὴ τοὺς πολεμίους ἀρκέσειν ὅλην εἰς αὐτοὺς δαπανῆσαι . . .*

Apud Libanium non inveni eandem vel similem elocutionem, cui inesset sententia *non totam iram in aliquo consumere.* A Choricio vero hanc dictionem profectam esse demonstratur loco B 544/5 *οὐ γὰρ ἀνάλωσεν ὅλον μοι θυμὸν ἡ τοῦ μειρακίου σφαγή.*

τὸν θυμὸν κενοῦν.

Patr. 248, 8 *ἡγήσατο δεῖν ἁρμονίᾳ κρουμάτων ἀναλῶσαι τὸ λεῖπον* (sc. *τοῦ θυμοῦ*), *μήποτε λάθῃ πρὸς ὁμοφύλους σοι κενωθέν.*

Hanc miram dictionem, cuius significatio est *iram vacuam facere, iram emittere in aliquem* Chorician am esse hoc exemplo probatur: FRhM 2 488, 8 *δεινὸν δὲ καὶ χαλεπὸν ἐμβλέψας ἐμοὶ πᾶσαν ἐκένωσε τῷ βλέμματι τὴν ὀργήν.*

δειλίαν ἐσχάτην.

Patr. 249, 2 *Ἀγαμέμνων δὲ τὰς ἡμῶν σιωπήσεται λοιδορίας, ἐν αἷς φιλοπόνης ἐστὶ καὶ μεστὸς ἀναιδείας καὶ νοσεῖ δειλίαν ἐσχάτην.*

Eadem verba *δειλίαν ἐσχάτην* apud Choricium inveniuntur pariter adhibita ad significandas summas contumelias, quibus aliquis ab altero afficitur: FH 2 212, 5 *ζητῶν, ὅπως αὐτοῖς τὴν ἐσχάτην ὀνειδίσει δειλίαν.*

ἐν χρείᾳ γίγνεσθαι.

Patr. 253, 11 *ὅρκῳ σοφίζεται τὴν ἐγκράτειαν ἐν χρείᾳ μου γεγονὼς τῆς συμμαχίας.*

Quae locutio pro simplici *δεῖσθαι* posita nos offendere debet, cum exspectandum sit *εἰς χρείαν ἀφικνεῖσθαι*. Neque dictionem *ἐν χρείᾳ γίγνεσθαι* apud alios scriptores adhibitam inveni nisi semel apud Platonem (cf. Leg. I p. 630 E). Quis igitur id grave argumentum pro Choricio esse negat, quod apud eum haec mira elocutio redit FPh 1 105, 31 *ἐν χρείᾳ τοιαύτης γέγονα τέχνης*? Choricius, ut haud raro, locum Platonis imitari videtur.

ἐν χρείᾳ καθιστάναι.

Patr. 259, 5 *ἡ δὲ τύχη καὶ τοῦτον ἐν χρείᾳ τῆς ἑαυτοῦ κατέστησε τέχνης.*

Haec quoque elocutio Choricii propria est, non Libanii. cf. FPh 1 99, 32 *σύ με δόλου καὶ σκότους ἐν χρείᾳ κατέστησας.*

ἐν ἀμελείᾳ ποιεῖσθαι.

Patr. 264, 11 *τὴν Νέστορος εὐβουλίαν ἐν ἀμελείᾳ ποιεῖται.*

Choricii proprium esse verba simplicia talibus locutionibus circumscribere iam aliis locis vidimus. Haec quoque dictio *ἐν ἀμελείᾳ ποιεῖσθαι* pro verbo *ἀμελεῖν* usurpata, ut a Libanio nunquam adhibetur, ita apud Choricium invenitur B 64, 2 *νῦν δὲ πῶς ἐπεχείρουν ἐν ἀμελείᾳ ποιεῖσθαι τὸν οὐ μετρίως τῷ καρποῦντι κεχαρισμένον;*

τί δεῖ κύκλῳ περιελθεῖν;

Patr. 255, 14 *καὶ τί δεῖ κύκλῳ περιελθεῖν ἐξὸν ἓν καὶ ἁπλοῦν φράσαι τεκμήριον;*

Hanc locutionem auctorem Patrocli usurpare apertum est, ut rebus alienis prolatis ad summam rei perveniat. Libanius, ut talem transitum faciat, nunquam his verbis utitur, sed scribere solet: *τί δεῖ τἄλλα λέγειν;* (cf. R 405, 7; 491, 11) sive *τί δεῖ τὰ πολλὰ λέγειν;* (cf. R p. 660, 12; 751, 31; 814, 7; R III 401, 8; 413, 3). Choricium vero eadem verba, quae in Patrocli declamatione inveniuntur, adhibere, ut ad summam rei perveniat, videmus FI 2 p. 15, 20 *καὶ τί δεῖ κύκλῳ περιελθεῖν; ἐξίμεν ὑποκύψαντές σου τῷ νεύματι.*

ἀκέραιον τὴν εὐνὴν διαφυλάττειν.

Patr. 256, 3 *καίτοι μέγα καὶ σαφὲς ἔχω σημεῖον, ὡς ἀκέραιόν σοι τὴν εὐνὴν διεφύλαττεν.*

Stat hic locus pro Choricio, qui de fide, quam viro femina amata servat, eadem verba facit FRhM 2 493, 2 *ἐγὼ τὰς ἐν κάλλει διαφερούσας ἡγοῦμαι μᾶλλον ἀκέραιον τὴν εὐνὴν τοῖς ἀνδράσι φυλάττειν ἢ τὰς εἶδος ἐχούσας.*

τὸ μέσον ὑπάρχει.

Patr. 263, 1 *βούλομαι τοίνυν, εἰ δίδως, Βρισηΐδι τὴν Ἑλένην παραβαλεῖν καὶ τὸ μέσον ὑπάρχον, ὅσον ἐστί, σκοπῆσαι.*

Agitur hoc loco de comparatione; verbis autem *τὸ μέσον ὑπάρχον* significatur id, quo ea, quae comparantur, inter se differunt. Hanc dictionem Choricii esse cognoscemus, si comparaverimus FRhM 2 522, 9 *ἐγὼ σε διδάξω, πλούτου πρὸς κάλλος ὅσον ὑπάρχει τὸ μέσον.*

εἰς ἔργον προϊέναι.

Patr. 265, 1 *προϊούσης εἰς ἔργον τῆς ἀποδόσεως.*

Libanius hanc locutionem non novit, sed hoc sensu adhibet *πρὸς τὸ πέρας ἰέναι* (R 711, 10). Sed Choricio praeter *εἰς πέρας ἰέναι* in usu est *εἰς ἔργον προέρχεσθαι*: FI 1 21, 4 *μήπω τῆς μνηστείας εἰς ἔργον αὐτοῖς προελθούσης.* Verba igitur *εἰς ἔργον προϊέναι* Choriciana esse hoc exemplo probatur. Quae cum ita sint, Kirstenum[1]) erravisse elucet, qui nonnullas declamatiunculas a Choricio abiudicans hanc quoque elocutionem ut argumentum pro Procopio profert.

---

[1]) Quaestiones Choricianae. Breslauer Philol. Abhandl. VII p. 55.

παρόμοιον ὥσπερ ἂν εἰ.

Patr. 267, 5 παρόμοιόν τι δόξεις ποιεῖν, ὥσπερ ἂν εἰ Μενέλαος εὔξαιτο πάντας διαφθεῖραι τοὺς Τρῶας πλὴν Ἀλεξάνδρου.

Vocabulum παρόμοιον ipsum a Libanio non adhiberi, apud Choricium usitatum esse iam ostendimus. Sed hoc loco agitur de tota locutione παρόμοιον, ὥσπερ ἂν εἰ. Libanius, cum dicere vult *simile ac*, utitur dictione ὅμοιον, ὡς ἂν εἰ, quae semel invenitur (R p. 356, 22), vel scribit παραπλήσιον, ὥσπερ ἂν εἰ, quod duobus locis legitur (R 63, 24; 714, 3). Choricius vero, qui illud ὥσπερ ἂν εἰ valde in deliciis habet, praeter locutionem παραπλήσιον, ὥσπερ ἂν εἰ (FI 1 19, 17; FI 3 10, 24; FRhM 2 504, 24; Rev 64, 2; B 1, 3) παρόμοιον, ὥσπερ ἂν εἰ usurpat: FPh 1 105, 35 παρόμοιον εἶναί φησι τὸ προκείμενον, ὥσπερ ἂν εἴ τις ἑτέρῳ χρέος ὀφείλων .... FPh 1 97, 25 δόξεις παρόμοιόν τι ποιεῖν, ὥσπερ ἂν εἰ ... Videmus hunc locum ad verbum congruere cum Patroclo.

ἐπίσημον γίγνεσθαι.

Patr. 271, 9 τὴν ἰδίαν ἕκαστος ἀρετὴν εὐκλείας ἔχει κανόνα καὶ πρὸς τὰ μέτρα τῶν ἔργων ἐπίσημος γίγνεται.

Hanc locutionem Choricio tribuendam esse ex his exemplis apparet: FRhM 2 500, 8 ἐπισήμου δὲ γενομένης τῆς ἀριστείας; FRhM 2 518, 2 οὐ λίαν ἐπίσημοι γίνονται τῇ συνηθείᾳ τῆς ἀσελγείας.

Apud Libanium nunquam ἐπίσημον γίγνεσθαι invenitur.

κῆρυξ ἐν μέσῳ βοᾷ.

Patr. 269, 13/14 τὸ πλῆθος ὡσπερεὶ κῆρυξ ἐν μέσῳ βοᾷ ...

Libanius talibus verbis de praecone pronuntiante nunquam utitur, sed scribit κῆρυξ κηρυκεύει (R 321, 11). Choricianam autem illam miram dictionem esse explicatur loco: FI 2 14, 2 καὶ φοβερὸν ἂν ἐδόκει Λυδοῖς κῆρυξ ἐν μέσῳ βοῶν.

ἀπέραντα χαλεπαίνειν.

Patr. 273, 18 εἰ δὲ φαίνοιτό τις ἀπέραντα χαλεπαίνων, ἔμφυτον ἔχειν ὑπονοεῖται τὸ πάθος.

A communi usu recedit, quod neutrum pluralis adiectivi hoc loco adverbialiter usurpatum est. Neque apud Libanium ullum locum indagavi, quo neutrum *ἀπέραντα* pro adverbio adhibitum esset. Apud Choricium vero non modo occurrit neutrum *ἀπέραντα* pro adverbio positum (FI$_2$ 4, 14 *ἀπέραντα πολεμοῖεν*; B 96, 18 *αἵματος ἀπορροῆς ἀπέραντα φερομένου*), sed etiam tota haec locutio *ἀπέραντα χαλεπαίνειν*: FI$_3$ 7, 4 *οἴει γὰρ οὕτω μικροψύχως ἔχειν ἡμᾶς ὡς . . . ἀπέραντα χαλεπαίνειν αὐτῷ.*

ἄχρι (μέχρι) καὶ εἰς.

Patr. 275, 5 *πῶς αὐτοὺς ἔδει τοὺς Ἕλληνας ἄχρι καὶ εἰς βασιλέα τὸ θάρσος ἐκτεῖναι;*

Quem non offendunt verba *ἄχρι καὶ εἰς* propter particulam *καὶ* interpositam? Neque apud Libanium inveni hanc coniunctionem verborum, quam Choricio in usu esse his locis probatur: FPh$_1$ 118, 24 *ἄχρι καὶ ἐς αὐτὸ τοῦ βίου τὸ τέρμα.* — GRev 66, 19 *μέχρι καὶ ἐς ὄλεθρον ἀμύνεται τοὺς λυπήσαντας.*

ἀποκλίνειν πρὸς μερίδα.

Patr. 275, 14 *ἠπόρησαν πρὸς ποίαν ἐχρῆν ἀποκλῖναι μερίδα.*

Quae locutio usurpata, ut significetur *partes alicuius sequi*, in Libanii declamationibus non occurrit, stat autem pro Choricio locus FAJ 186, 3 *ἵνα μὴ τῇ περὶ τούτους ὀργῇ πρὸς τὴν ἐναντίαν ἀποκλίνῃ μερίδα.*

τραυματίαν ποιεῖν.

Patr. 276, 8 *Εἰ μὲν γὰρ ἦσθα τοῦ πολέμου ταμίας ὡς ἐπιτρέπειν αὐτῷ τὸν μὲν θανάτῳ κολάσαι, τὸν δὲ τραυματίαν ποιῆσαι . . .*

Quae locutio, ut a Libanio nunquam pro simplici verbo *τιτρώσκειν* adhibetur, ita Choriciana est, ut ex his locis cognoscitur: FI$_3$ 12, 14/15 *τὸν Ἀθηναίων στρατηγὸν αὐτὴ ποιήσασα τραυματίαν*; FPh$_1$ 100, 7 *τῷ μὴ ποιῆσαι τραυματίαν ἀθῷος ἀπέρχομαι.* Velim conferas etiam: FAJ 188, 19 *γίγνονται τραυματίαι* et FI$_3$ 10, 23 *διήμαρτε δὲ γεγονὼς τραυματίας.*

τῇδε κἀκεῖσε.

Patr. 279, 1 *Ἔτι βουλεύεσθαί μοι δοκεῖς τῇδε κἀκεῖσε περιάγων τὸν πόδα.*

Qua in locutione *τῇδε κἀκεῖσε* adhibita significatione *huc illuc* offendimus, quod *τῇδε* fere significat *hic*, non *huc*. Neque concordat illud *τῇδε κἀκεῖσε* cum consuetudine Libanii, qui dicit *δεῦρο ἢ ἐκεῖσε* (R 618, 28) vel *δεῦρο κἀκεῖσε* (R 828, 6). Choricius autem non novit nisi locutionem *τῇδε κἀκεῖσε*, quam praecipue usurpat, cum, ut in Patrocli declamatione, de motibus corporis agitur: FAJ 181, 19 *τῇδε κἀκεῖσε σοβοῦντα τὴν κόρην*; FRhM 2 502/03 *τῇδε κἀκεῖσε περιφέρει τὰ βλέμματα*; B 85, 15 *περιφερομένων σοι τῇδε κἀκεῖσε τῶν ὀφθαλμῶν.*

Kirstenus igitur iterum erravit locutionem *τῇδε κἀκεῖσε* Procopianam esse, non Choricianam arbitratus l. c. p. 54.

Ad finem perducta quaestione de eis rebus, quae ad genus dicendi pertinent, satis apparuit in Patrocli declamatione tot esse, quae a Libanii ratione dicendi abhorreant, Choricii autem propriae sint, ut nemini dubium esse possit quin haec declamatio Choricium auctorem habeat.

Caput II.

De singulis sententiis.

Iam e Patrocli declamatione nonnullas sententias proferam, in quibus Choricium agnosci putem. Non multae sunt propterea, quod Choricius scriptis suis tractat materiam, cui cum Patroclo nihil sit commune. Exceptae sunt duae declamationes inscriptae *Πολυδάμας* et *Πρίαμος*, in quibus, cum similes res tractentur atque in Patroclo, sententiae quoque similes sunt. Sed omnes fere hae sententiae ad nostram rem nihil faciunt, cum apud Libanium ipsum quoque inveniantur.

Sequantur nunc sententiae ipsae, quae stant pro Choricio.

1) Patr. 259, 2 *ἡ μὲν* (sc. *τῶν πόλεων*) *ἀγαθὴ σπείρειν ἐστίν, ἡ δὲ πεφίληται τῷ Διονύσῳ, ἡ δὲ λειμῶσιν ἀβρύνεται, καὶ τῶν ὑπολοίπων ἴδιον ἑκάστη κέκτηται πλεονέκτημα.*

Quae verba referenda sunt ad illas septem urbes, quas Agamemnon Achilli offert. Quid, quod hic totus locus *ἴδιον*

ἑκάστῃ πλεονέκτημα κέκτηται apud Choricium invenitur non modo ad verbum consentiens, sed etiam pariter referendus ad urbes quasdam B 7, 5 *καίτοι χωρὶς ἀξιωμάτων λαμπρῶν καὶ μεγέθους κατασκευῆς, οἷς αἱ πόλεις ἐκεῖναι σεμνύνονται, ἴδιον ἑκάστῃ πλεονέκτημα κέκτηται?*

De imitatione Choricii hoc loco cogitari non potest, cum sententiarum consensio sit tam levis, ut imitationi vix locus sit. Praeterea totus nexus rerum illis duobus locis tam diversus est, ut, quomodo Choricius ad imitationem huius ipsius sententiae perductus sit, explicari non possit.

2) Patr. 254, 1 *Ἀλλὰ τοιαύτας ὑποψίας γιγνώσκων ἐρῶντι, Ἀχιλλεῦ, παρεπομένας ἠβουλήθη σε ταύτην ἀποτρίψασθαι τὴν φροντίδα.*

Eadem de viro amante suspicioso sententia occurrit apud Choricium: FH$_2$ 216, 16 *Ὁ γὰρ ἐρῶν ὑποψίας ἐστὶ καὶ φόβου μεστός.*

3) Patr. 260, 14 *ὁ δὲ* (sc. *Ἀπόλλων*) *πάλιν ἐπένευσεν αἰτοῦντι* (sc. *Χρύσῃ*) *τὴν χάριν.*

De Apolline, qui Chrysae sacerdoti precanti satisfacit, Choricius similia verba facit: FH$_2$ 229, 3 *δι᾽ ὧν γὰρ ἐπένευσεν εὐχομένῳ.*

4) Patr. 264, 15 *Εἰσὶν ἐν τοῖς στρατοπέδοις ῥήτορες δύο γεγηρακότες . . . τοῖς οἰκείοις ἑκάτερος τὴν ἀπὸ τῆς γλώττης συντέλειαν χορηγῶν, τοῖς μὲν Ἕλλησι Νέστωρ . . .*

Utilitatem, quam Nestor Graecis consiliis dandis praebet, Choricius similiter commemorat: FI$_3$ 12, 1 *ταῦτα ὁ γέρων, ὁ τοσοῦτον τῇ στρατιᾷ συντελῶν . . .*

5) Patr. 273, 20 *δεῖ γὰρ ἑκάτερον τὴν οἰκείαν μετρίως βιάσασθαι φύσιν, σὲ μὲν ἐπὶ τὸ πρᾶον, πρὸς δὲ ὀργίλον ἐμέ. τούτων γὰρ ἀμφοτέρων ἡ κρᾶσις πέφυκεν ἀρετή.*

Velim conferas: GRev 66, 4 *Φύσει μὲν οὖν ἀλλήλοις πρᾳότης τε καὶ θυμὸς δοκεῖ διαμάχεσθαι, ὥστε καὶ Σωκράτης ἀπορήσας που φαίνεται, πόθεν ἅμα πρᾷον καὶ μεγαλόψυχον ἦθος εὑρήσει χαλεποῦ πεφυκότος εἰς ἓν ἑκάτερον συνελθεῖν.*

Neque dicere velim has sententias congruere. Hoc autem horum duorum locorum commune est: opponuntur iracunda et

lenis natura, quas, quamquam inter se contrariae sint, miscere opus est.

6) Patr. 278, 15 *Εἶτα τὴν οὕτω ποθοῦσαν οὐ βούλει κομψευομένην ὁρᾶν οἷον ἔλαχεν ἐραστήν.*

Quibus verbis Patroclus utitur ad Achillem permovendum, ut arma capiat, postquam se ceteris omnibus, quae protulit, nihil effecisse intellexit. Censet igitur Patroclus Achillis permultum interesse se a Briseide, femina carissima, propter suam fortitudinem laudibus efferri. Eadem sententia, quae verbis Patrocli continetur, invenitur apud Choricium FH$_2$ 216, 23 *οὐ γὰρ ἕλοιτό τις ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἅμα καὶ μητρὸς ἀριστεύων ὀφθῆναι ἢ παρὰ τῆς γυναικὸς καὶ ποθουμένης.*

7) Patr. 279, 2 *Πειράσομαι τοίνυν ἀφύκτῳ σε λίνῳ θηρᾶσαι.*

Quae cum venatore comparatio, qui feras retibus capere studet, pro Choricio stat. FPh$_1$ 96, 32 *ὥσπερ εἰ κυνηγέται χαλεπόν τι θηρίον, παντοίοις βουλεύονται* (sc. *αἱ πόλεις*) *λίνοις τὴν πονηρίαν θηρᾶσαι.* — B 6, 15 *παρῆλθεν ἑκατέρας τὸ φίλτρον ἡ Καίσαρος, τὰ μὲν βιαζομένη, τὰ δὲ κολακεύουσα, τὰ δὲ πειρωμένη χρυσίῳ πολλῷ δελεάζειν, οἵαις ἀεὶ μηχαναῖς ἐραστὴς πρὸς ἄγραν κέχρηται παιδικῶν, ἕως ὀψὲ μὲν εἷλε τὸ θήραμα, ἑλοῦσα δὲ φυλάττειν οὐκ εἶχεν ἰσχυροτέροις ἀγόμενον λίνοις, πόθῳ τῆς ἐνεγκούσης.*

Sed de sententiis haec quidem hactenus.

Reliqua propediem in commentationum quae inscribuntur
Breslauer Philologische Abhandlungen
fasciculo 42 edentur.

Vita.

Natus sum Georgius Pietsch a. d. VII Id. Sext. anni 1885 in parvulo vico Silesiae, cui nomen est Groegersdorf, patre Ernesto, qui praematura morte mihi ereptus est, matre Selma, quam adhuc in vivis esse valde gaudeo. Fidem profiteor evangelicam. Primis litterarum elementis imbutus gymnasium Strehlense adii, unde vere anni 1905 maturitatis testimonium adeptus universitatem Marburgensem petivi, ut studiis philologicis me darem. Docuerunt me per semestre aestivum viri doctissimi:

Birt, *Jenner*, *Kalbfleisch*, *Tuczek*.

Inde ab autumno anni 1905 in universitate Vratislaviensi philologiae operam navavi atque adii scholas horum virorum doctissimorum:

Baumgartner, *Cichorius*, *Drescher*, *Foerster*, *Freudenthal* †, *Hoffmann*, *Kaufmann*, *Kühnemann*, *Preuss*, *Skutsch*, *Sombart*, *Wendland*.

Exercitationibus proseminarii philologici intereram moderantibus Foerstero, Skutschio, Wendlandio. Ut per tria semestria sodalis essem seminarii philologici, mihi concesserunt Foerster, Skutsch, Wendland. Ad exercitationes seminarii archaeologici me admisit Foerster, ad exercitationes seminarii historici Cichorius.

Quibus omnibus iustas ac debitas gratias refero, imprimis vero Richardo Foerster, qui parato semper et benigno consilio me in hac commentatione perficienda adiuvare non desiit.

Theses.

1) Achilles Tatius Musaeo poëtae nonnullis locis exemplum fuit.

2) Loco Achillis Tatii ed. Herch. p. 49, 29 Bergerum recte coniecisse *ἀδεῶς* pro *ἡδέως* verbis Musaei v. 112 *αὐτὰρ ὁ θαρσαλέως μετεκίαθεν ἐγγύθι κούρης* Achillem imitantis demonstratur.

3) In Libanii *ἀντιλογίᾳ Ἀχιλλέως* ed. Foerster t. V p. 328, 2 lectionem librorum *κοσμεῖ τὸν θυμόν* cum Foerstero retinendam esse cognoscitur e verbis Patrocli declamationis *τῇ πρᾳότητι κόσμησον τὴν ὀργήν* ed. Boiss. p. 273, 16.

4) Declamationes rhetoris ed. Reisk. t. IV p. 512—539 et infanticidae ib. p. 771—797 Choricianae sunt, non Libanianae.

5) Dextram partem sarcophagorum Parisini (Wien. Vorlegebl. ser. V tab. XII 2) et Spalatini (ib. tab. XII 1) sic interpretandam esse puto: dum Theseus a nuntio de morte Hippolyti certior fit, serva Phaedrae accurrit, ut illi dominam se ipsam necasse nuntiet. Paedagogus ei persuadere studet voluntaria morte Phaedrae innocentiam Hippolyti optime demonstrari.

6) In sarcophago Parisino (l. c.) dextra manus Hippolyti hodie deleta olim *δίπτυχον* tenebat.

Typis Maretzke & Maertin Trebnicensium.